



## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Provisiones Senectutis, Per Tres  
Partes Distributæ - In quibus raræ ac penenecessariæ Veritates, cum  
omnibus Christi fidelibus, tum potissimum Gratiarum Cœlestium,  
lucrorumque æternorum avidibus, quà theoreticè, quà practicè  
proponuntur

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066391**

Provisio 9. Per debitorum, quibus plurimis obstricti sumus plenam  
exsolutionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45462**

*DR. C.  
BILK. Z.  
MP: 480  
in II  
V  
14*

**Luc. 10. 41.** Christi unum necessarium. est illa Optima pars, quam elegit Maria) ut totâ mentis acie, toto voluntatis libertatisque pondere, totâ cordis affectione, semper & ubique, totâ tui, totiusque Universi substantiâ, atque Personâ, Deum & quæras & habeas & agnoscas & imiteris & fruaris. Hunc semper & ubique oculus purissimæ intentionis intueatur, hunc auris simplicissimæ obedientia audiat, hunc gustus devotissimæ sapientiæ degustet, hunc odoratus profusissimæ charitatis investiget, hunc tractus vividissimæ resignationis comprehendat, hunc totus tu, vicissim totum possideas, ab eoque toto, totus possidearis & tu.

## PROVISION IX.

*Per debitorum, quibus plurimis obstricti sumus plenam exsolutionem.*

**C**onsidera necessitari te quâm maximè ad obsequium Dei, non tantum fervens & perfectum, verùm etiam liberaliter supererogatorie que perfectum & fervens, tum alias semper, tum præsertim sub extremum vitæ, ex multitudine debitorum, quibus oneratus es, atque adeò oneratissimus, super capillos capitis tui, imò super stellas cæli & arenam maris. Decurre indicem capitum debitorum istorum, & ex eo saltē aliquam notitiā ipsorum colligere numerum que conjicere poteris, qui indiculus atque numerus, et si aliis quoque hominibus tecum est communis, non ideò tamen te minùs solū, quâm

quām omnes gravat, neque minūs te ad exolven-  
dum, quām omnes stimulare debet.

Primò igitur quibusdam rebus sumus debito-  
res, naturā & necessitate inatā. Ita debitores  
sumus Deo creatori nostro, & post Deum causis  
omnibus secundis, tam universalibus quām par-  
ticularibus, à quibus & ex quibus, nostrum na-  
turale Esse conflatum est. à quibus vitam & con-  
servationem vitæ, totiusque esse nostri habemus,  
in operando juvamus &c. Ex hoc ergo capite  
debemus cælis omnibus, Soli, lunæ, stellis ele-  
mentis, & quæ in his: tum parentibus, & paren-  
tum etiam majoribus &c. numera homo si po-  
tes, tam creditores tuos istos, quām debita tua  
respectu illorum.

Secundò, sumus debitores, ex morali qua-  
dam obligatione: quomodo debemus post pa-  
rentes cæteris nostris præsidibus atque majori-  
bus, magistratibus, præceptoribus, & quocun-  
que modo curam nostri gerentibus, in nostram  
que eruditionem aliquatenus ad laborantibus.  
Hoc caput debtorū afficit nos tam in ratione  
moralı naturali, quām in ratione moralı super-  
naturali: in qua ratione, & Deus, & Christus, &  
Mater ejus, & Sancti Angeli, & omnes Beati &  
infiniti alii continentur.

Tertiò, sumus debitores, etiam inferiori-  
bus nostris, quicunque ad nostram alicujus ge-  
neris curam pertinuerunt & pertinent.

Quartò, sumus debitores, ob Naturæ com-  
munionem, eamque majorem aut minorem;  
omnibus autem rebus ob aliquam saltem: idèò,  
quia creatæ sunt, vel quia sunt aliquid & existunt,  
immo & quia possibiles sunt.

Quintò.

*DR. C.  
BILK. 480  
m II  
V  
57*  
Quintò, sumus debitores ob gratiæ communionem, necnon ob omnis boni Spiritualis consortium, adjunctâ etiam æternâ, quâm speramus Beatitudine.

Sextò, sumus debitores, ratione beneficiorum, obsequiorum & commodorum, quæ ab aliis, vel ex aliis percepimus, percipimusque: debemus namque his amorem congruum, beneficia, & obsequia, commodaque suppria, & cujusque naturæ & gradui consentanea.

Septimò, sumus debitores ratione malorum & molestiarum, quæ ab aliis perpetri sumus, vel perpeti potuimus: istaque occasione multa mala animi & corporis vitavimus, correxiimus, cognovimus. Hoc nomine etiam ipsi inferno sumus debitores: quem dum timemus, devitamus, & ut devitemus, à peccatis partim caveamus, partim cessamus: pœnitentiam agimus, & ad meliora proficimus, salutemque lucramur. Quod ipsum de dæmonibus dici potest, quibus debitores vigilantiæ, pro salute nostra, invocationis Divinæ, & Sanctorum opis. Humilitatis, Prudentiæ, & multorum aliorum commodorum sumus.

Octavò sumus debitores, ratione omissionum, incuriarum, negligentiarum, quibus retractando, eas privamus, debito iis commodo, profectu, perfectione, ornamento, usu obsequio. Sic debitores sunt Domini subditis, servis, famulis. Parentes liberis. Magistratus subiectis, quin & proximi proximis, amici amicis, quos ad virtutem, sanctitatem, prudentiam promovere potuerant, exemplo bono, monito salubri, oratione, solatio, auxilio, consilio, suppor-

portatione. Hac etiam ratione ipsi sumus debitores, ratione similium bonorum, quibus nos nostrâ incuriâ, inscitiâ, malitiâ privamus, tam quoad bona fortunæ, quam quoad corporis, quam quoad animi, & maximè in bonis salutis æternæ, quibus eo ipso, quod ea non curavimus, spoliavimus nos, nec nos tantum, sed etiam Deum, Christum, Ecclesiam triumphantem, militantemque quibus ex nostro profectu, labore, charitate, virtute, partim gloria, partim ædificatio provenire potuit. Hinc etiam sumus debitores, tot mediis, auxiliis, occasionibus, circumstantiis, heris, momentis, diebus, annis, locis, exemplis, monitis, inspirationibus, cæterisque incitamentis ad bonum aut profectum, quibus tamen obsequi negleximus, & frustra fluere permisimus.

Nonò sumus etiam debitores ratione non impensæ exsolutionis debitorum, ut v. g. cum non restituimus, quod invito rationabiliter Domino injuriosè retinebamus, sive illud fuit debita Deo gloria, subiectio, laus, honor, devo-  
tio, gratitudo: sive fuithonor & bonum nomen alicujus proximi, quo iniquè læsimus detrahen-  
do, quocunque detractionis modo, sive obse-  
quium indebetè denegatum, sive gratitudo, sive  
res quæpiam alieni juris.

Decimò sumus debitores ratione dignitatis & potestatis eminentiæque aliquorum, quomo-  
do post Deum nostrum, sumus debitores Ange-  
lis, & universis Sanctis in cælo & in terra; item  
Principibus & Potestatibus. Item Sapientibus.  
& Doctis, item Sacerdotibus, Religiosis & Deo  
sacris

sacris personis, quibus omnibus honorem & fugationem reverentiamque debemus.

Undecimò sumus debitores aliquibus, ratione eorum miseriæ, abjectionis, afflictionis, insufficiençia ad se se juvandos, hoc modo debitores sumus, pauperibus, mendicis, infirmis. Ita etiam debemus auxilium animabus purgatorii: Item vinclis in carcere, captivis peregrinis. Item ignorantibus errantibusque dum Item etiam bestiis ac jumentis sauciis, sub oneris vel in præceps prolapsis.

Duodecimò, sumus debitores ratione compositionis & consociationis physicæ ac moralis. Ita quisque sibi, personæ suæ, vitæ suæ, membris suis, sensibus, potentiis quibus constat, debitor est. Ita etiam sumus debitores Universi Orbi, Humano generi, Christiano populo, Regno, Urbi, Religioni, Domicilio, Familia, in eo Congregationi, consanguinitati, Cætui denique, cuius aliquo modo compartes sumus.

Decimo tertio sumus debitores ratione particularium & cuique proprietarum sive obligacionum, sive necessitatum, sive factorum. Sic debemus Deo ratione specialium & nobis soli proprietariorum beneficiorum, sic & Christo. Pro metu tiosissimæ Parenti. Sanctis Custodibus Patronis, ob specialia beneficia debemus. Sic quibusdam Dei attributis, fidei Mysteriis, Scripturæ sententiis & exemplis, Sanctorum item factis, quorum nos devotione singularius affici & perfici experimur, qui salutis nostræ media sunt & dem

Decimo quarto sumus debitores quibusdam ratione eorum malitiæ. Ita Daemonibus, damnatis, peccatoribus, peccatisque debemus, odium dum fugam.

& refugam, detestationem, impeditonem, pœnam, pœnæ desiderium, ut justitia Dei fiat, ut Iesus honor Divinus sarcatur, ut scandala substantis moveantur, ut cessent injuriæ Dei, conculcadion de tioque Sanguinis & Meritorum Christi &c.

Omitto alia debitorum capita: hæc quæ recentibus sunt, satis ostendunt immensitatem infinitudinemque debitorum nostrorum: Ad satisfacientem quibus per omnia, quantis opus sit viribus, dico, divinis auxiliis, quanto animi conatu, diligentia, quantâ executionis assiduitate & incelsabilitate, fateor id explicari à me non posse.

Dico tantum, quoniam debita hæc omnia & singula persolvi non possunt omnibus singulis que creditoribus adæqualitatem, solvantur saltem secundum voluntatis (si ejus effectus possibilis effet) promptitudinem, solvantur saltem in eo, qui est omnium Dominus, & in quem velut in centrum omnia debita confluunt, qui est DEUS, cui si soli satis fiat pro omnibus, satis factum erit omnibus, tam obligationibus quam creditoribus, quod tamen dixerim, salvâ Justitiâ. Si tiâ, si quæ cui debetur, & præstari potest. In solo terim autem: Primò quidem Deus ametur, & isti. Pro metur, appretietur, laudetur, exaltetur, gratias Patroiarum actione honoretur, oratione flectatur. Sic qui super omnia amentur in Deo & propter Deum Scripturam omnia, ametur Deus, pro omnibus & singulis in factu creaturis, præcipue ratione carentibus: quarum & per Deus hanc esse instituit conditionem, ut illæ qui sunt & dem nobis hominibus serviant per omnia ad busdatusum omnem, etiam cum sui dispendio & destruccióne: nos autem illis obligati simus ad laudandum, amandum, prædicandum, honore & glorificandum V.P. Druzb. Op. VI. D tuis

tiis & obsequiis æternis prosequendum Deum  
pro omnibus illis, ita ut illæ quidem suo modi  
Deo serviant, serviendo nobis usque ad sui pe-  
ditionem: nos verò rationali jam modo, servia-  
mus ipsis, exhibendo servitium & honorem &  
amorem laudemque pro ipsis, nostro & illarum  
Deo.

Ex dictis tu jam disce, quantum debitur  
Dei laudis servitutisque tibi incumbat, extota  
pitibus debitorum, tum ex tot debitibus, tum e-  
tanto numero eorum, quibus debitor es. E-  
quia jam præterita doleri tantum possunt, corre-  
autem non possunt; saltem ergo in præsen-  
tia quod tibi superest temporis & vitæ, hoc age &  
fatage, ut omnibus residuis vitæ momentis, to-  
tus in laudem & obsequium te effundas, adeo  
profuse liberaliterque, ut omnibus obligationi-  
bus, pro omnibus creaturis apud Deum te ex-  
solvas ac eliberes. Toto mundo, & pro tota  
mundo, Deum laudando, amando, estiman-  
do, honorando, & omnes ejus voluntates fa-  
ciendo, sive semper, ad finem vitæ perseve-  
rando.

## PROVISIO X.

*Per adæquationem Bonorum, potissimum ve-  
Gratiarum, quibus respondere adæquatè obli-  
gamur.*

**C**onsidera Bonorum quæ à Deo accepisti co-  
piâ, compelli te, & omnino necessitaria  
insignem tum sanctitatem ac perfectionem, tum  
sanctitatis perfectionisque zelum, studium, cu-  
piditatem, qua in re ut magnitudinem obliga-  
tioni